



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Oratio De Gratitvdine

Stiebar, Georg Sebastian

Lavingae, 1581

VD16 S 8992

Lectori Benevolo Georgivs Kirchmaiervs, supremae Curiae Moderator in
Schola Lauingana. S. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12334

LECTORI BE-
NEVOLO GEOR-
GIVS KIRCHMAYERVS,
*supremæ Curiæ Moderator in Scho-
la Lauingana.*

S. D.



EORGIVS SEBA-
ftianus Stibarus, Eques
Francicus, quinquenniū
amplius in hac schola
nobiscum versatus est: in
mea verò classe, & disci-
plina integrū ferè bien-
nium. Quo equidem tempore optimis di-
sciplinis, atque artibus ita studuit: vt, quantus
ardor, quantaque descendī cupiditas in eo es-
set, facile intelligerem. Quumque eo animo
esset: vt doctrinam, absque vita, ac morum
integritate, bonis, & liberalibus ingenijis in-
dignam iudicaret: non turpiter, ac flagitiosè
vixit: sed ita domi, forisque se gessit: vt ho-
spiti suo gratus: præceptoribus acceptus: cō-
discipulis jucundus: ciuibus carus: nulli
molestus esset. Quibus equidem rebus ad-
ducor: vt eum aliquando (si tam feliciter ali-
bi curriculum studiorum suorum cōficerit:
quam apud nos iampridem cœpit) magno
& emo-

& emolumento, & ornamenro Reipub. futurum esse, mihi penitus persuadeam. Quam obrem omnes bonos, ac literatos viros, cuiuscunque ordinis sint, aut conditionis, maiorem in modum rogo, & obtestor: ut nobilis hunc adolescentem fauore, benevolentia, humanitate, omni denique officiorum genere prosequantur, & juuent, quocunque poterunt modo, & ratione. Nec dubitent, quin officia, & studia sua, qualiacunque fuerint illa, cum apud gratissimum hominem, tum adolescentem optimum benè posituri sint: Deoque Opt. Max. rem pergratam facturi. Lauingæ ad Danubium. IX. Kal. Martij

M. D. LXXXI.



L A V I N G Æ

Per Leonhardum Reinmichælium.